Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uulnerat. Sic uirtus dñi populum suum defendit, pugnat uerbo. non proelio, Et turris illa uirtutibus est plena non gladiis,

Cur in uelamento alarum dñi laetetur. Certe quoniam eius exauditu est oratio, hereditatem dedisti. significat futuri saeculi regnum, haec non habet finem. sed cum semel susceptu fuerit. numquam a nobis mutatione discedit,

Permanebit in aeternum. idest populus scs. nullo iam mortis dominio dominante, Misericordiam quis requiret? ibi misericordia non quaeritur. ubi nullus est miser, Ibi ueritas. ubi dñm cuncti uidebunt,

Idithun interpretatur transiliens eos. id amatores huius scti. quos miles xpi contemptu mundi uoluntate transcendit. et in dño spe firmissima permanebit, Praemittat finē idest dñm xpm, sequitur. Psalmus. hoc ē probabilis uitu. quae dñi regulis oboedit,

a facie inimici,
In habitabo in tabernaculo tuo in secula. protegar in uelamento alarum tuarū
Quoniam tu ds meus exaudisti orationē meam. dedisti hereditatem timentibus nomen tuum,
Dies super dies regis adicies annos eius. usque in diem generationis & generationis,
Permanet in eternū in conspectu dī. misericordiam & ueritatem eius. quis requiret,
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi. ut reddam uota mea de die in diem,

INFIN PROIDITHUN PS DD,
Vox cuersi dicentis animā suā dō ēē subiectā. monentisq. errantes ut magis in dño quā in caduca mundi felicitate cfidunt,

In habitabo. in illo utiq. tabernaculo. in quo sine fine mansuri dñm iugiter contemplemus, Merito ergo protectio dñi alis comparatu est. quae nec subiectos onerant. et lesionem omnis contrarietatis emendant,

Dies aeternitatem significat saluatoris, qui uere rex dicitur noster. quoniam ab ipso regimur, Adicientur anni regis huius. et dies inter istas generationes usq. dum congregatis electis. et supplantatis inimicis tradiderit regnum dō simul cum ipso regnans. et cum scis,

Sic. significat ita quem ammodum in subsequentibus declarauit, Psallere enim semper dicit populos beatorum superno nomini. Non breui tempore. sed in saeculum saeculi. Uota enim sua se dño reddere promittit. ut ei aeternas gratias semper exsoluat, De die in diem. significat semper,